



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

43 Matrimonium contractum coràm clerico deputato à parochò non tenet.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

matr. scilicet 24. Aliter autem quam parochus, vel alio sacerdote de ipsius parochi, vel Ordinarij licentia, & duobus, vel tribus testibus presentibus matrimonium contrahere⁴¹ attentantibus, ad contrahendum omnino inhabiles redduntur, contractusque sunt irriti, & nulli, ut in dicto cap. §. qui aliter.

39 Verba enim prefata ¶ sunt intelligenda etiam de parocho adhuc ad sacerdotium non promotus, nempe, quia adhuc non fuerit elapsus annus, qui conceditur sibi à jure ad faciendum se ad illud promoveri: juxta cap. licet, de elect. in 6. prout in dicta congregatione fuit resolutum, & Clemens VIII. approbavit, ut ibidem super eodem cap. 1. fuit decisum in §. qui aliter. Neque pertinet ad substantiam matrimonij, ut parochus aliqua verba proferat; id eoque valet matrimonium, quamvis verba exprimentia consensum prolata sint tantum à contrahentibus, dummodo parochus adhibitus à contrahentibus sit presentis, & intelligat id, quod agitur, licet dissentiat, & contradicat: nam presentia parochi sufficiat absque ipsius parochi verbis: dicta congreg. ibidem super eod. cap. non pertinet, & §. Provinciarum, ideoque parochus est necessarius in celebratione matrimonij, ut licet denunciations fuerint factæ, ac secuta copula, nihilominus ma-⁴²rimonium non tenet, si presentis non fuerit. Quod si contrahentes sint diversarum parochiarum, sufficit, ut sit parochus, sive viri, sive mulieris, ut ibidem super eodem cap. 1. sub titulo Civitatis Castellæ, & Brundisii.

50 Contrahentes ¶ non presente parochus, sed solis testibus, sunt graviter puniendi, & proles exinde suscepta illegitima est, nisi

denuo legitime contraxerint, ut in declar. ibid. sub tit. Tergest. Aquilan. & Viterbieni. Contractum tamen etiam cum presentia ¶ parochi, & testium matrimonium ab impuberibus, etiam servata hac forma, non valet, hac nempe ratione, quia, cum essent impuberes, licet servaverint formam hic præscriptam, nihilominus matrimonium non tenuit, cum essent incapaces, & facti postea puberes tenebuntur iterum hanc formam servare, ut ibidem super eo. c. 1. in declarat. sub titulo Meliten. & §. matrimonium contractum.

Matrimonium autem, sine proprio parochus ¶ contractum adeo est irritum, ut sustineri non possit, concil. Tridentin. cap. 1. §. qui aliter. & decretum irritans ibi appositum annullat illud ipso jure, c. si eo tempore, de elect. in 6. cum alijs supra allegatis.

Neque ¶ tenet matrimonium contractum coram clerico deputato à parochus, ut tit. Venetarum idem super eod. cap. 1. est tamen validum illud matrimonium, quod celebratum fuit ab alio de consensu Episcopi tamquam à proprio parochus, etiam quod Episcopus crederet, esse vocatum proprium Parochum, ut ibidem sub tit. Amerin. item, & de consensu vicarij, ut ibidem super dicto cap. 1. sub tit. Cremonen. & §. seu ordinarij, quemadmodum ¶ etiam valet contractum coram presbytero, qui se parochum putabat ex causa vicinitatis, aut alia verisimili, etiam si non fuerint factæ denunciations in propria parochia, ut tit. Patavin. & contractum coram coadjutore, seu sacerdote deputato à coadjutore Vicarij constitutj, ab eo, qui habet curam animarum, ut ibidem sub tit. Dromoren. & §. vicarij etiam, & §. matrimonium